



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 501. Symmachi Pap. Annus 3. Anastas. Imp. 11.
Theodor. Reg. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

penitibus eloquar de gradatione, quibus pro annua pensione facti est amicitia tua? Enagarivtra possibilitatem nesciunt. Duce sapientia affinis esse meruerunt, quia obediunt non abnuunt. Hoc igitur Regem concordia commeatu Fulgentius ex Africa Romam, & inde in patriam remeant.

XII. Porro haud incognitus ab Vrbe Fulgentiu. dice sitis, sed prope notus quantae esset sanctitatis atque doctrinae, magnum sui reliquit desiderium, illis praesertim nobilissimis forminis, ad quas postea litteras dedit, de quibus suo loco dicturi sumus. Reuersus vero in Africam Fulgentius, arri-dente tunc temporis pace Ecclesijs sub Traiamundo Rege, monasticam, vt prius, exercuit disciplinam, & eam in alios latius propagaauit: quomodo autem post annos tres Ruspensis Ecclesiae fuerit creatus Episcopus, sub loco dicemus.

XIII. Sub iisdem Consulibus, Indictione octaua, data legitur epistola Symmachi Papae ad Liberium Patricium de electo Episcopo Aquileiensi, praebentis eidem electioni assensum, extat eadem, sed sub titulo Ennodij inter ipsius Ennodij litteras perperam collata.

IESU CHRISTI Annus 501.

SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. II. Annus 3. THEODOR. REG. 9.

I. VIRI UCNSV. LATVS ET LAVDE.

* morde- tes

2. a. III

II.

THEODO RICIUS DE SEDE APOSTOLICA BENS MERITVS

VI sequitur annus Domiei quingentesimus primus, Consulatu Auieni atque Pompei, tam à Castodoro, quam etiam à Marcellino adscribitur factis. Fuit Auienus iste cognomento Faustus, cuius filius Auienus item dictus anno sequenti Consulatum gessit: Senior autem hic appellatus, qui ante nos decem Consulatu itidem functus est ordinaris, id est, que ex clarissima Scipionum familia oriundus, vt constat auctoritate Ennodij id asserentis ista epistola ad Faustum Consulem, cuius est exordium: Abundante Dei misericordia, &c. vbi inter alia laudum genera: Tu (inquit) per duratum pro auorum auorumq. Scipionum tramitem iam grandiorum penè praecedentium conexu lateribus ambulasti, ita vt sub coniunctione nunquam interpolata felicitatu prodires. Ad Auieni mei adhuc teneri virtutes pertinet, & tuo generi continuare fasces, & nostro reddere. erat enim affinis Faustus Ennodius. idemque paulo post: illud tamen inter maximas Redemptoris nostri remunerationes credo numerandum, quod limen felicitatis Constantius Consul meus cum honore sanctus ingressus est, &c. haec de Auieni Senioris Consulatu huius anni & Auieni Iunioris anni sequentis retulisse volumus, quod contigerit secundum illud Propheticum b. Generatio rectorum benedicetur. Constat enim hunc Faustum Auienium aduersus Festum & Probinum potentissimos Senatores schismaticos pro Soteriacho infatigabili studio laborasse, atque tandem succens aduersarios repressisse, superasseque.

Hoc igitur anno Ecclesiae Romanae status aliquantisper praesentia Theodorici Regis quicuit: schismatici enim vanam spem conceperant, fore, vt circumuentus falsis calumnijs Symmachus, fauore eiusdem Principis deponi posset: at vbi miserunt ipsum aequi amantissimum Regem nihil de causa Symmachi velle decernere, sed ex sententia Episcoporum, qui conuenerant, rem agendam; furor perciti ad violentiam conuersi, caedibus miscere omnia sunt aggressi, vt quae dicuntur anno sequenti, apertissime declarabunt. Interca vero Rex Theodoricus, interpellatione Catholicorum & aliorum, qui erant in Vrbe, fauentium Symmacho Senatorem, de cogenda Synodo cogitat. Cum vero satis sciret, haud suam esse partem, Orthodoxos Antistites ad Synodum conuocare; non sibi plus aequo tribuens, regia incedens via, more maiorum, auctoritate in primis ipsius Symmachi Papae id perficiendam curauit, ad ipsoque Pontifice litteras ea de re ad Episcopos, vt se ad Synodum die statuta conferrent, dari voluit. Haec quidem ita se habuisse, sequentis anni Conci-

lij edita Acta significant, quae suo loco reddentur. Res plane digna memoria, cum barbarus, Gothus, alienigena, haereticus, Arianus Princeps, licet inportunis schismaticorum studijs & illiberabilibus eorumdem virgretur abscissibus, reuerentiam tamen culmen Apostolicae sedis, eius se potius protectorem, quam percutiorem exhibuit, vt ipsa Acta Synodalia manifestant. Sicigitur Theodorici reuerenti praesentiam astantes furor schismatici hoc anno siluisse noscuntur.

Arquam Theodorico dispar Anastasius Imperator, qui cum se specie tenus Orthodoxum profiteretur, Dei Ecclesiam acerrimè irripugnauit dolo agens & vi, omni denique conatu nisus, vt Catholicam fidem impietate conuelleret. Ipsum quidem per Festum Senatorem legitimum auctorem fuisse, Ecclesiae Romanae dissensionis & schismatis, quae dicta sunt superius, satis docent: rem namque ex sententia se fore consecutum existimauit, si aliquo modo sibi aliquando assentientem posset nanscisci Romanum Pontificem; quo vno aduersante, satis sciret omnes suos eludendos esse conatus. Haec quidem in Romanam Ecclesiam: in Constantinopolitanam vero quae hoc anno patruit, omnem superant tragediarum casum.

Qui enim haec ausu tolerasset Constantinopolitanum populum sibi in his, quae sunt fidei, aduersantem, quem & nouisset partibus studuisse Isaurorum, addiditumque Zenonis Augusti cognatis: periculosam sentit, illis adhuc superstitibus, se iacturam aleam, si in ciues Constantinopolitanos vindictae gladium, vt furor suadebat, exeret. illis vero penitus è medio sublatis, Longino ipso Zenonis fratrem iam haud pedem extincto, silentibusque vindique barbaris, summam illam tranquillitatem in cinum cladem conuersit, haud diutius ratus impunitam populi finete vagari licentiam, qua palam Imperatorem dicerent & contumeliosè insectabantur haereticorum. delegat opus Vrbis Praefecto, quem seuitissimum delegerat, Constantino. Quid autem iste molitus sit, rem grandem paucis Marcellinus absoluit sub huius anni Consulibus scelus immanissimum referens, quod sic se habuit:

Hoc namque anno, & populus Constantinopolitanus professor Catholicae fidei, idemque inherens suo ipsorum Episcopo Chalcedonenis Concilij aduersus Imperatorem acerrimo defensori, cum ad spectacula ex more introducta in theatro clausi essent incernere repente profiliantibus, qui erant in insidijs collocati, diuerso armorum genere trucidantur, enecatis ex ipsis ultra numerum trium millium, praeter alios, quibus licuit acceptis vulneribus foras egredi, domumque repetere faucias. Felices omnes & inter martyres recentendos, nisi labefactati essent Acacij ipsorum antecessoris Episcopi communiōe. Ad haec namque spectat, quod postea scribens ad Orientis Episcopos Symmachus Papa deplorat his verbis: Nullus ambigat eadem nihilominus esse ventura, quae in Constantinopolitana nuper Ecclesia contigerunt. De quibus nihil pariter ingemiscere necesse est, & tacere. Nam qui Apostolica sedis ad omnino negligentiam esse crediderunt, merito incidendum ea, quae venire solent solatio desistunt. haec Symmachus in epistola ad Orientales, de qua suo loco agendum erit. Et ipse Ennodius, vbi de Orientalibus haereticis agit, haec ait: De his, quae praesati sumus, notum est, quod in Constantinopolitana nuper Ecclesia seruit admissum: vnde patimur sine vocis vsura tristitiam. Qui enim oblatis remedijs non obediunt, merito nihil consolationis, tempore, quo praebentur, non habent. Ad haec pariter spectant, quae Theodorici Lector de eodem vrbe Constantinopolitanae Praefecto sic subdit: Contra seditiones populi, quae contra Imperatorem incusitate fiebant, haec Anastasius Imperator excogitauit, vt Eparchus christiani litaniae populi sequeretur, cum armatis militibus scilicet: timebat enim zelam eorum, qui pro Quarta Synodo incursionem faciebant. Et hoc deinceps in consuetudinem abiit. Simachus Macedonij Episcopi Constantinopolitani Acolitum quemdam subornauit, qui gladio illum imperaret. Macedonius vero vt consuetudinem suam ostenderet, munita Acolito dari praecipit. Tale quidem etiam erga sacrilegos quosdam fecit. haec Theodorici.

Vides ne tu lector (appello te) quanta pro religione, VI. ipia

III.

IV. ANASTAS. REG. 9. QUID IN CIVIBUS CONCI.

V. QUAE DE BARBARIS ORTHODOXI CONST.

II.

c. Theod. Lector Col. lib. 2.

VI.

ipla Catholica fide, pro defensione, inquam, Quarta...
cumenticae Synodi fulecepta ab ijs fuere certamina, exant-
lati immensi labores, sanguis pro fide fufus, mortesque
ad ad crudeles tolerata: tanta haec abire tamen ventum
absque corona martyrij & praemio confessionis, prorsus
que inania reddita, non aliam quidem ob causam, quam
quod schismate propter Acaij communionem ab Eccle-
sia Catholica & ab ipso eius capite Romano Pontifice
scissi essent. Nullus est autem Constantir apollitanorum
Antistitem illic pro fide necatos inter martyres referere,
quos scissent non habuisse characterem scriptum in fron-
tibus suis, quo & Ecclesiae Catholicae filij & Dei domestici
dici mererint. Vetus namque haec praescripta inter? Fide-
les regula est, vt qui non habent in terra Ecclesiam matrem,
neque Deum habere possint in caelo Patrem.

IESU CHRISTI
Annus 502.

SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. II.
Annus 4. THEODOR. REG. 10.

I. SECUNDVS post quingentesimum sequens Christi a-
nus, Autem Innuentis ac Probi signaris Consulatus a
Marcellino & Cassiodoro notatur in Fastis: licet in Syno-
dalibus Actis loco Probi, Rufus reperitur inscriptus:
Quo anno habita est Roma Quarta Synodus sub Sym-
macho Papa: Quartam hanc non denotator appellat, quae
tamen respectu aliarum praecedentium sub eodem Sym-
macho Synodorum Tertia dicebatur: quae enim ab eo
tertia ordine ponitur, non fuisse Synodum per se distin-
ctam, sed eius, quae ab ipso Quarta dicitur, Actionem,
ea, quae hoc ipso anno inferius dicturi sumus, perspicue
demonstrabunt. Sicigitur ista, quae Tertia, Quarta dicta
est, eademque cognominata Palmaris: de qua antequam
ageret aggrediamur, primum omnium, vnde id fuerit
consecrata cognomen, dicendum est. Atque in primis
non placet, quod aliquis paratit textum esse deprava-
tum. Sed cur Palmaris? Numquid sicut apud Tullium
sententia Palmaris, ita & Synodus Palmaris a palma dicta? Cre-
de quidem non abhorreere eam vocem ab huius saeculi no-
menclaturae vsu, ex Fulgentio huius temporis luculento
scriptore dici potest, qui haec habet scribens ad Moni-
mum: Hanc etiam asserit haereticorum esse quasi palmarem in-
terrogationem. hoc est, interfragabilem, & paulo post: Hac
ergo sedentes haereticis, ea sibi quasi palmaria & immota videntur
proponere, &c.

II. Verum quod innotatum fuit haec dicens, Synodum ali-
quam aliunde, quam a loco, vel numero denominari: de
loco ipso, a quo ita sit dicta, inuestiganda est ratio: Nam &
fortasse accidit, dictam esse Palmarem, quod ob schimati-
corum grassationem haec ipsa Synodus non voluerit in Ec-
clesia celebrari, sed opus fuerit eandem in Regia, sine Cu-
ria agi, quae appellata est Palma aurea, de qua quidem haec
in rebus gestis sancti Fulgentij: In loco, qui Palma aurea di-
citur, memorato Theodorico Rege concionem faciente, &c. Est
& mentio apud ipsum Theodoricum Regem in epistola
ad Albinum Patricium de domo Palmata dicta, his verbis:
Porrecta itaque supplicatione, restitutus es, Curia populus, quae
iuxta domum Palmatam posita, forum in morem arcae decesserit
includit, superimponendus fabrica licentiam condonari, &c. At
quoniam haud liquet apud Curiam hanc Synodum cele-
bratam, magis autem apud basilicam sancti Petri, quo ab
adversarijs lapidibus imperus Symmachus se recepit,
prout Acta ipsa significant: vt haec Synodus Palmaris di-
cta sit, placet, vt e loco itidem deducto vocabulo a potti-
ca illa S. Petri nomen accepit, quae Palmata diceban-
tur, de qua Anastasius in Hononio Papa haec habet: In
porticu S. Petri Apostoli, qui appellatur de Palmaria, &c. sed de
nomine satis. His igitur elucidatis, iam ad res gestas dene-
numus. Verum deinceps hic sunt primo loco Theo-
dorici Regis litterae, & Episcoporum, & alia, quae interue-

nerunt in hac causa, digna memoria monumenta, quae Pa-
tristis missi a nostro Nicolao Fabro, cui hoc nomine pluri-
mum nos debere fauerim, accepta, ab antiquitate licet non
nihil lesa, vt videre poteris, pluribus locis corrupta, quae
coniecturis in margine positus sanari, si non penitus, ex
parte possunt licet non se habent:

Praecepto, quae missa est per Germanum & Carosum Episco-
pos.

Dominis sanctis, & Venerabilibus patribus Laurentio, Mar-
celliano, & Petro, & cunctis Episcopis in Vrbe residentibus Theodori-
co Rex.

Vos quidem rem fecistis proposito congruentem, nos potius directo
vostro sicando consilium, quam indicatum consilium aliena facultate
imitatione differere, ne discedentibus vniuersis sub manifesta de-
serti dispositione in diuina maior vrbem regiam sed vestri motibus turba
concureret. Sed non optinimus conuulsi sancta congregatio ex-
aminationis sub hoc protracti dilatione negotium, nec vniuersitas
animum grauius praedictum pendere suspensum. Quia nec tranqui-
litate vrbis definitione motu, nec sacerdotum alio proposito. Sententia
potest conuenire discordia, Molestia igitur accepta confusione, quae
nata est, ceterum quia dilectum, quia propter turbam, quae antea
vrbis alique perditio, iterata quae asperunt reliquerit iudicia.
Quia tamen si dicere possum cogitarent, exemplo vestra in vrbe
regulare existimantes de his, quae illic facta de nostra prudentia
ordinare remedium. Cum in multis vias cogitatio nostra disper-
sit. Adhuc si tramitem consilij cura conuertit, vt rursum a Ca-
lendarum Septembrium diem eundem censuerimus sacerdotum nu-
merum conuenire, qui dudum fuerat conuocatus. Ergo in grabatu
sanctitatem reliquarum praesentia conuenit operis, vt cum
praeo tumultu & dissensione subnotata, quae ab omnibus certa est ab
omnibus causa peragatur. Nam reuocari, quem ad modum spe-
ratur non putauimus renouandum esse Consilium, dum aliorum la-
bore, dicimus permoueretur etiam, parati vt ne secundo conuenit
causa finem iudicium synodale posuerit iuxta desiderium vestrum,
quos nos potius esse praesentes occupati duobus nostris Roma quieti a-
morio postposito nos potius Romam deo ductore ventamus, vt praesentibus
saltem vobis contra confusionem, atque discordiam, secundum
Dei timorem tanta causa terminari fortur. Vt non diutius vrbis
regia turbaram tempore fatigetur, sed vestri aequitate iudicij re-
deat ad quietem. Ne mora vobis videatur onerosa, sui est vestra
astipare prudentia, si quomodo sit, aut sub nostrorum temporum
tranquillitate tolerandum, solus ne in aliqua definitione. Con-
cilio sub incerto Ecclesiam, sub hoc certamine Romanam perdere ciui-
tatem. Alia manu, Orate pro nobis domini de venerabilis patres.
Datum sub die 15 Idus Augusti, sed Ecclesia. Ruso magno, Faustio Au-
reano VV. CC. Cons.

Senatus vel Marcellini Episcopi cum ceteris, & alia praeproptio, quae
data est per maiorem domus Regis.

Praeceptio Regis 4. missa ad Synodum.

Fianus Theodorico Rex vniuersis Episcopis ad Synodum conuo-
catis.

Roma Ecclesie pacem, Episcopo Symmacho criminosis propo-
sitionibus impedito sub ea quam cernitis confusionem turbae quoniam
non magis potuit prudentia vestra consulere quam vt in-
iuncta petitionem Senatus & Cleri, ad congregandos ex diuersis pro-
uincijs, autem reuocare & praesentibus, & de reliquis actione perso-
nae Sanctum sacere. Indicare Concilium, in oculis sunt dudum ab
vniuersis Synodum destinatum, & consuetudine vestra ad stipulatur
oracula, quibus solus integritatis affectum hoc ius Pontificibus com-
missum reuocatus, vt sub synodali aequitate sententia, aut propter
obiecta conuulsi reatus subiaceret. Post huiusmodi confusio, quae
finem tanto damnum dubitari esse negotio: qui de tam numero
Concilio sacerdotum magis nasci crediderit confusionis ambigunt
quid profusum sine vita de prolixo itinere circa ad nos imposuisti
negotio: quid tantarum Ecclesiarum absentibus sacerdotibus sus-
sensus suspensum: quid petere reliquum firmiter exitum non laur im-
petrare conuenit. Sed tractata sufficiant, quae ad hoc tantum in
memoriam satum reuocare, quid desinat. bona est praeteritarum
recordatio, si qua displicent secuta cura corruptionis emendet. Non
saltem displicentibus aliquibus delatog, negotio ad secunda concor-
datione reuocari repetita iudicio pro fide, pro innocentia, pro aequi-
tate concordiae remotu studio, aliquibus dissentit integritas. hoc
petitione nostra Romae, a consuetudine ciuitati, vt sacerdotum ali confide-
ratione proposito delegato terminandis sine contentione negotio,

T. 605
RICI
G. 17
T. 606
AD
EPISCO
AD SY
MONY.
ROM.
CONVO
CARO.
conclii
alioz fa
cilitatis
imitatio
ne dele
tere.
vniuer
sitate
grauiori
ordina
tione
Ad huc
se
6. p. 11
ota
Rau
nam
aliozom

hoc ad
iustitiam
ber ex ca
scitum
solids
vel solids

quo de
fiant
diffic
tiae



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN